

imperator Karolus per frenum ipsum in domum introduxit im-
bulando ^{secum} ad pedes.

Eidem successit dominus Gregorius XI alias dominus Bellifortis qui
etiam iit Romam et ibi defunctus est et sepultus

Cui successit Urbanus VI. electus ab archiepiscopatu Barrensi et
habuit adversarium Gebanensem electum post eum. Idem iit in
Avinionem. et incepit horrendum scisma quod multis annis
duravit.

Alia manus pergit.

Cui successit Bonifacius VIII adhuc durante predicto scismate a. d.
1402. Cum hec fuerunt scripta erat annus domini Bonifacii 13.

Et post hunc Innocentius VI qui totis viribus ad unionem sancte ma-
tris ecclesie intendebat sed ipse morte ^{occupatus} ~~preven~~ tus unionem ad ef-
fectum non perduxit. Hic plures illustres et doctos viros in car-
dinales conscrivit qui zelo iusticie accessi pro sancta unione
plurimum laboraverunt.

Post hunc Gregorius XI in papam eligitur qui ante et post
electionem sollemniter iuravit quod vellet cedere de papatu,
dummodo et antipapa dictus Benedictus similiter cedere vellet,
sed cum dicti pape Gregorius et Benedictus molent cedere cardina-
les ab utroque recesserunt de sacra unione inter se tractantes.
Cui generale concilium in civitate Pyana convocantes de
omnibus partibus mundi ad dictum concilium sollemnissimi
viri convenerunt. inter quas erant patriarche Antiochenus